



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

318. feria 4. de Timore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

558 *Feria 4. Dom. 21. post Pentecost.*
ex filio iræ, mancipio avaritiæ, fure publico
admisit ad esse Filij DEI per gratiam, & effe-
cit Regem spirituales, operatorem justitiæ;
in convivio Marthæ manifestavit altitudi-
nem vitæ contemplativæ: in nuptijs primum
exhibuit miraculum, ex quibus nos docuit
finem conviviorum.

Conf. 3. Actiones 1. Omnem honestatem
ac decus amplecti in rebus, quæ ad corporis
voluptates pertinent, 2. Omnem inhonestat-
em, & turpitudinem timere, & erubescere.
3. In corporis voluptatibus mensuram so-
lam necessitatem habere.

MEDITATIO CCCXVIII.

Feria 4. Domin. 21. post Pentecost.

De Timore.

Aspiciam Dominum meum Judicem, qui
me potest æternum perdere. Peccata
configi Timore DEI carnes meas.

Conf. 1. Timorem esse fugam peccati, ne
quis incurrat Creatoris offensam, & poenas
eas comitantes, juxta illud: *Math. 10. Ti-
mete eum, qui potest Animam & Corpus per-
dere in gehennam; quæ verba explicat Apo-
stolus: Qui non obediunt Evangelio Domini
nostri IESU Christi, penas habent in interitu
æternas. 2. ad Thessal. cap. 1.*

Conf. 2. Incitamenta 1. Opera justitiæ
DEI

Peria 4. Domin. 21. post Pentecost. 559

DEI peccata vindicantis. 1. Timor est initium sapientiae, & exordium justitiae. 3. Passio Christi pro peccatis obita merito incutit timorem peccatorum. *Si haec in viridi,* &c. 4. Exempla Sanctorum, & Christi, qui licet peccare non potuerit, tamen natura ejus secundum se capax erat peccati, & ita potuit voluntate sua fugere hoc malum: qui est timor castus, ut ait D. Augustinus Lib. 14. de Civit. Dei cap. 6. 5. DEVS offensus ab Adamo per multa millia annorum venire noluit, quantumcunque rogatus a Sanctis. 6. Damon ausus est Christum tentare. 7. Cum esset Christus, & Discipuli ejus in navi, tempestate pene naufragati sunt. 8. Judas tot praesidijs munitus labitur non convertendus. 9. Arborem infructiferam jubet excindi.

Conf. 3. Aetiones 1. Considerare Dei severitatem, & justitiam. 2. Omnia peccata gravia & levia fugere. 3. Pro vita antea facta peccata nitere, & satisfacere. 4. Adversus tentationes confortari. 5. Sollicitè divina mandata, ne Domino displiceamus, custodire, & Dei placita, hominum voluntatibus antepone. 6. Deo per intimam reverentiam, tanquam universali Domino, se submittere. 7. Nostram imbecillitatem agnoscere, & infra omnes homines se dejicere per sui cognitionem.

AA 6

MEDI.